





12

FLOREM ATQVE DELICIAS  
MENSIS MAJI,

Exortō exoptatissimō, IV. Idus Maji,

NATALI SIDERE

SERENISSIMI, NEC NON POTENTISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI,

DN. FRIDERICI AUGUSTI,  
Regis Poloniarum, &c. &c. &c. S. R. I.

Archi-Marschalli & Electoris, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ,  
Montium, Angriæ juxta & Westphaliae,  
&c. &c. &c.

REGIS AC PRINCIPIS NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI:

*Nec non*

Celebratō feliciter, Pridie Idū Maji,

FESTO NOMINALI,

SERENISSIMÆ DUCIS AC DOMINÆ,

DN. CHRISTIANÆ EBER-  
HARDINÆ,

Reginæ Polon. &c. &c. &c. Electorissæ ac Ducis Saxoniæ,  
Juliæ, Cliviæ & Montium, ut & Angriæ & West-  
phaliæ, &c. &c. &c.

REGINÆ AC DOMINÆ NOSTRÆ ITIDEM CLE-  
MENTISSIMÆ,

Admiratur,

Actu Oratorio d. Maji 1698. in Auditorio Lycei  
Torgens. admirandas

F Die 3. Jun  
Hora 1.

DN. MÆCENATIBUS, PATRONIS ATQVE AMICIS

P. P.

M. GOTHOFREDUS Steinbrecher /  
Rect. Torg.

TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACH. HEMPI.



בָּהַנוֹּן

**N**umerus de Personis Regum Principumque  
sanctissimis dicere aut scribere tanto magis ardua res  
est, quanto illustrior Majestatis splendor. Splendorem  
Solis fulgentissimum quis, non cœcutiens, intuetur?   
ita quis dignè ornateque de Personis, tanto Majestatis  
splendore coruscantibus dixerit scriperit? si quidem  
lingua & calamus, radiis Serenitatis celstissimæ  
quum perstringantur, deterrentur, dum admirantur; detrectant, dum  
audient. Nonne enim Reges ac Principes sunt, quos Regum Rex  
potentissimus ad fastigium tantæ Majestatis provexit? quos velut Deos  
tutelares, quin & solo Deo minores, suspici colique præ ceteris præce-  
pit? Reges nonne sunt patriæ Patres mellitissimi, salutisque publicæ  
custodes sollicitissimi, qui pro salute patriæ, omnes caritates complexæ,  
sanguinem, urgente necessitate, profundere neutiquam verentur, quippe  
dulce esse rati ac decorum pro patria mori? Quapropter ultimus  
ille Atheniensium Rex *Codrus* non timidus est pro patria mori, & *Curius*,  
patriæ profuturus, in patentem sese voraginem conjecit. Loquantur  
exempla tot Ducum ac Herorum Saxonæ incomparabilem, capitibus pe-  
riculum, quod adire, adire pro salute patriæ paratissimorum. Hinc  
Persæ Reges olim suos tanta veneratione suspexere, ut ipsos æquæ ac  
solem orientem, quem Deum crediderunt, apertis capitibus, salutave-  
rint, adoraverint. Nec Cicero J. Cæsarem ob ipsius res præclarè ge-  
stas inusitatamque in primis clementiam, Deo simillimum judicare du-  
bitat. Orat. pro M. Marcello. Atque ita multum esset causæ, quam ob-  
rem splendor serenissimus Regis nostri potentissimi, pariter ac Regi-  
næ nostræ longè clementissimæ, calatum nostrum, imbecillitatis suæ  
conscium, conatumque Musarum satis audacem reprimere, quod mi-  
nus in conspectum tantarum Majestatum prodire iisdemque gratulari  
sustinerent. At verò ipsa temporis, quo vivimus, ratio jubet scribere,  
loqui jubet & admirari: offert enim sese vernō hōc tempore hujusq;  
oculo, Mense Majo, duplex Festum: *Natale* Serenissimi Regis ac Ele-  
ctoris nostri; & *Nominales* clementissimæ Reginæ verè Christianæ. Quo-  
circa mens & calamus gestit cupitque non solum tantis Majestatibus, de  
temporis, in quod exoptatissimæ istæ festivitates incident, jucunditate  
gratulari, sed Veris etiam ipsius Majiq; Mensis *Florem ac Delicias*, qvan-  
tum angustia paginæ permittit, adumbrare.

Tanta verni temporis existimatio olim fuit, ut in Proverbium  
abierit: Εν τῷ εὐαυτῷ ἐστὶ οὐαίγειν h. e. Ver ex anno tollere, ex Herod. Id quod  
de iis usurpatum legimus, qui, cum id, quod negotio quopiam erat,  
præcipuum, sustulissent, ver ex anno sustulisse judicabantur. Qva etiam  
propter Pericles apud Thucydidem, in laudem juvēnum, qui in prælio pro  
patria occubuerant, sermonem funebrem habiturus, conuestus esse  
legitur: *Ver ex anno sublatum est!* significando scilicet, quemadmodum  
vere, quippe parte anni præstantissimæ, ex anno sublatō, universa natu-  
ra laboratura esset: ita juventute, ætatis flore, sublatā, Rempublicam  
Atheniensium non male habere non posse. Pericles, licet ob oratio-  
nis gravitatem Sophocleo cothurno ingredi diceretur, ultra tamen  
rem

rem nihil extulit. Sive enim respiciamus Veris, Mensisq; ve præcipue Maji, jucunditatem, sive salubritatem, sive fæcunditatem: res locutura est ipsa. Quid enim jucundius est ac amoenius, qvam verno hoc tempore pascere oculos, colorum varietate & contemplatione rerum ab admiranda Dei potentia, sapientia, ac bonitate creatarum: qvam aures reficere mellitissimo avium concentu: qvam nares suavitate florum odorem spirantium recreare: qvam vitæ spiritus aurâ suaviter adspirante refocillare? Nam, teste Mureto, verno tempore gemmea pratorum nemorumq; viriditas, & rivorum decurrentium allisa & impacta molliter ad pellentes lapillos argenti similis aquula pascit oculos: mulcet undiq; aures avium cantus: ab arboribus in novum se florem induentibus odores sua vissimi afflantur &c. Eqvidem Æstati etiam sua sunt decora, qvipppe frugibus suis allestanti oculos & in se totos admiratione conversos perstringenti; nec Autumnus laudibus defraudandus suis, varietate & ubertate fructuum in admirationem rapturus nullum non hominum. At palmam merito præripit Ver, &, qvo jam fruimur, Majus, siq; videm in eo omnia omnibus qvasi lœtitiis incedere, ridere omnia videntur:

Solvitur aeris hyems, grata vice veris & Favoni:

Trahuntque siccas machine carinas:

Ac neq; jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni:

Nec prata canis alblicant pruinis.

Jam Cytherea choros ducit Venus, imminente luna,

Junctæq; Nymphis Gratia decentes

Alterno terram quatunt pede.

Ut canit alicubi Flaccus noster, & Naso:

Omnia nunc florent, & nunc nova temporis etas,

Et nova de gravo palmitæ gemma tumet.

Et modo formatis operitur frondibus arbos,

Prodit & in summum seminis herba solum.

Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,

Ludit & in pratis luxuriatque pecus. &c.

Et Græcus Bion Idyll. VI.

Εἰαρ εἴοι τε πότασεν ὅλω λυνδεῖσθαι παρεῖη,

Ἄνικα μῆτε πρόθι, μυθ' ἄλιθος ἀμπε βαρύνει.

Εἴας πάντα πέι, παῖ οὐρανοίς αἰδεα βλαστοί. &c.

Nec solæ res creatæ, rationis expertes unà cum brutis animalibus, lœtari & ridere videntur, sed temporis etiam jucundissimi conditio homines in primis invitat ad lœtitiam, allicit Musas, delectat agricolas & olitores, armat milites:

Pierie tenero sub pectore cura

Discendique vices & amor.

Neque enim, ceu nescia falcis

Silva comam tollit, fructumque exspirat in auras.

Dispositi in turmas rursum legemq; severi

Ordnis, ut cuique ante locus, ductorque monentur.

Instaurare vias: tellus jam pulvere primo

Crescit, & armorum transmitunt fulgura fulve.

De Veris salubritate quid dicam? loquatur Libanius celebris: Ver amo certè, plus qvam alias anni tempestates, & quale sit enarrare lubet. Solvit enim homines tanquam è carcere bruma: diemq; multò prestantiorem esse nocte docet, nam radios à nebulis liberat. Tum verò Sol nitidus & lenis & jucundus est corporibus: tunc profecto auroram à roseis digitis indigitare fas est. Idem ver noctem gratam & suavem efficit. &c. Eephrasi Veris.

Subscribat Cornelius Celsus lib. II.c.1. Saluberrimum ver est, proxima deinde ob hoc hyems, periculosior astas, autumnus longè periculosissimus. Veris fæcunditatem adumbrare supervacaneum esse puto: ingredere hortos & campos, & ipsos comprehendens nunc niveo, nunc flammeo, nunc eburneo, nunc purpureo colore luxuriantes, & opimam frugum messem pollicentes: ingredere in te ipsum,

natu-

naturamqve tūm hominum tum ceterorum animalium intuere, & persentisces,  
qua ratione, Ver moderato suo calore matrimonia committat, conceptus mi-  
ficeat, fœtus supponat, & pleno qvāsi puerperio omnia foveat, replete, qvo de  
non ineleganter elegans Poëta :

Nunc sunt genitalia tempora mundi,  
Nunc amor ad coitus properat, nunc spiritus orbis  
Bacchatus Veneri, stimulisqve cupidinis actus,  
Ipse suas adamat partes & fœtibus implet.  
Hinc maria, hinc montes, hinc totus deniq; mundus  
Ver agit &c.

Qvapropter Ethnici certos olim Deos, qvos dixere Genios, verno cum primis tem-  
pore coluisse leguntur ; *Lucinam*, qvæ à parturientibus invocata, nascentibus  
opem ferret, hinc & *Opis* dicta : *Vagitanum*, in primo vagitu os aperire creditum:  
*Potinam*, qvæ potionem; *Educam* seu *Edulicam*, qvæ escam præberet &c. In primis  
certa Festa, Verno tempore & Mensis Majo celebrarunt, qvorum familiam du-  
cunt Festa *Bona Deæ*, *Floræ*, *Fortunæ* publicæ, *Mercatorum* &c. Festum *Bona Deæ* Ca-  
lend. Majis, pro salute populi, in Maximi Pontificis ædium intimo recessu, à  
solis mulieribus noctu Romæ celebrabatur, qvo de Ovid. I. 5. Fast. & Vossius in  
Theolog. Gentili I. I. c. XII. In honorem *Floræ Deæ* instituebantur *Floralia*, qvæ  
IV. Calendas Majas incipiebant, & in Cal. Majas exibant, vid. Ovid. I. 4. Fastor. Pli-  
nius l. 18. c. 29. *ipsa*, scribit, anno ab urbe condita quingentesimo decimo sexto primum  
fuisse celebrata, cum scilicet aliquot annis flores arborum, vitium, ceterarumqve  
frugum corrumperentur, fructusqve adeo omnes perirent: tunc, inspectis li-  
bris Sibyllinis, Senatus vovit, si omnia pulchrè florissent, annuos ludos *Floræ*: id  
cum evenisset, *Posthumius* & *Lenas* Consules primum vota persolverunt, teste Ovi-  
dio I. 5. Fastor. *Convenere Patres, & si bene floreat annus,*  
*Numinibus nostris annua Festa vovent.*

*Annuimus voto: Consul cum Consule ludos*

*Posthumio Lenas persolvere mibi.*

Et nunc Patres cum plebe Festa, non equidem ritu modoq; Ethnicorum, aut Pon-  
tificiorum, sed pio affectu, & qvâ debent, reverentia celebrare gestiunt Genetlia-  
ca, ac Onomastica, exortò, Mensis Majo, sidere natali & nominali Serenissimi Regis  
ac Electoris nostri, Ipsiusq; Conjugis Serenissimæ, Dominæ ac Reginæ nostræ Ion-  
gè clementissimæ: nam

*Et nunc omnis ager, nunc omnes parturit arbos:*

*Nunc frondent silvæ, nunc formosissimus annus.*

Qvare Musæ ubi estis? cœlum vos provocat; jubila ubi estis? ver vos invitat: *Natalis* Regis Serenissimi serenitate candidat: *Nominalis* Serenissimæ Reginæ nostræ  
amœnitate ridet. Ubi itaque estis Musæ gratulabundæ de festivo hoc tempore?

En adsunt qvatuor Musarum alumni, ab indole optima, profectu lauda-  
bili, bonisqve moribus commendandi, qvorum

I. JOHANN. HEINRIC. HENTSCHIUS, Sonnev. Lufatus, admirabitur Pom-  
pas ac Ritus, exerto in primis die lætissimo, celebrari olim solitos. Hinc  
Serenissimo Potentissimoq; Regi ac Elektori nostro Natalis splendorem gra-  
tulaturus est:

II. MARTINUS FRANZIUS, Dresdens.

Strenam autem votivam est oblatus:


III. JULIUS HEINRICUS SCHRAMM, Dresdens.

Deniq; Serenissimæ longeque clementissimæ Reginæ nostræ, auræ svavitate,  
ac salubritate, verno hoc tempore, Torgæ jam fruenti, de ipsius *Natali Nominali*  
sacra faciet & vota:

IV. JOHANN. CASPAR. SCULPTETUS, Torgens. qui qvamvis singulari cum  
laude fructuq; primum primæ Classis locum haec tenus obtinuerit; cum  
tamen ultimum Vale Musis nostris sit dicturus & in celeberrimam Lipsi-  
ensem Academiam abiturus: ultimum dicere ipse gestiit, Deo simul, Pa-  
tronis & Præceptoribus, qvas potest debetqve, gratias acturus.

Cui Actui Oratorio ut ne interesse dedignentur, O. O. honoratissimi Mæcenates,  
Patroni, Collegæ ac Amici, officiosissimè perq; amanter rogantur. Scrib.

Torgav. ipfis Idibus Majis, Anno S.R. M. DC. XCIX.



78 M 437



TA 706

Kein Rest.


nur 51. Stav verknüpft bisher

I

WPA



**Farbkarte #13**



12

**FLOREM ATQVE DELICIAS  
MENSIS MAJ I,**  
 Exortō exoptatissimō, IV. Idus Maji,  
**NATALI SIDERE**  
EC NON POTENTISSIMI PRINCIPIS  
AC DOMINI,  
**GERICI AUGUSTI,**  
rum, &c. &c. &c. S. R. I.  
 Electoris, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ,  
 Angriæ juxta & Westphaliæ,  
 &c. &c. &c.  
 PIS NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI:  
*Nec non*  
 feliciter, Pridie Idū Maji,  
**NOMINALI,**  
SIMÆ DUCIS AC DOMINÆ,  
**ISTIANÆ EBER-**  
**CARDINÆ,**  
 &c. &c. Electorissæ ac Ducis Saxoniæ,  
 & Montium, ut & Angriæ & West-  
 phaliæ, &c. &c. &c.  
 MINÆ NOSTRÆ ITIDEM CLE-  
 MENTISSIMÆ,  
 Admiratur,  
 d. Maii 1698. in Auditorio Lycéi  
 Torgens. admirandas  
 BUS, PATRONIS ATQVE AMICIS  
 P. P.  
**FREDUS Steinbrecher**,  
 Rect. Torg.  
**TORGÆ,**  
 Typis JOHANN. ZACH. HEMPI.

F Die 3. Jun  
Hora 1.